Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber septimvs de Deo

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

ab eo indulgenda·cuius indeficiens é misericordia. Ex hoc ergo graeco vocabulo exprimitur et frequentatur exomologesis·quo delictum nostrum domino confitemur·non quidem ut ignaro cuius cognitiói nichil est occultum·sed confessio est rei· scilicet eius que ignoratur professa cognitio. Vtile enim sibi ac iocundum quisq̃m existimauerat rapere·adulterare·furari·sed vbi hec eterne damnationi obnoxia esse cognouit·cognitis his·confitet errorem. Confessio auté erroris professio est desinendi. Desinendum ergo a peccatis est·dum confessio est. Confessio auté antecedit·remissio sequitur. Ceterum extra veniam est·qui peccatum cognoscit·nec cognitum confitetur. Itaq; exomologesis prosternendi & humiliandi hominis disciplina est·habitu atq; victu sacco & cinere incubare·corpus sordibus obscurare·animũ meroribus deiicere·illa que peccauit tristi tractatione mutare. Letanie autem graeco nomine appellantur· que latine dicunt̃ rogationes. Inter letanias vero & exomologesim hoc differt·q; exomologesis pro sola confessione peccatorum agitur·letanie vero indicuntur·propter rogandum deum·et impetrandũ in aliquo misericordiam eius. Sed nunc iam vtrũq; vocabulum sub vna significatiõe habetur·nec distat vulgo vtrum letanie an exomologesis dicantur. Supplicationis aũt nomen quodammodo ex gentilitate retinetur. Nam ferie aut legittime erant apud eos· aut indicte. Indicte autem·quia paupertas antiqua romanorũ ex collatiõe sacrificabat·aut certe de bonis damnatorum. Vnde supplicia dicuntur supplicationes·quia fiebant de bonis passorũ supplicia. Sacre enim res de rebus execrandorum fiebant.

INCIPIT · LIBER · SEPTIMVS · DE · DEO

BEATISSIMVS · HIERONIMVS · VIR·ERVDITISSIMVS·ET MVLTARVM · LINGVARVM · PERITIS·hebreorum nominum interptationũ primus in latinam linguam cõuertit. Ex quibus pro breuitate pretermissis multis quedam huic operi adiectis interpretationibus interponenda studui. Vocabulorum enim expositio satis indicat quid velint intelligi. Habẽt eni quandã ex propriis causis nominũ rationẽ.

In principio autem ·x· nomina ponimus· quibus apud hebreos deus vocatur. ¶ Primum apud hebreos dei nomen el dicitur· quod alii deum. Alii ethimologiam eius exprimentes· ischiros id est fortem interpretati sunt· ideo q̃ nulla infirmitate p̃mitur· sed fortis est & sufficiens ad omnia perpetranda ¶ Secundum nomen eloi est. ¶ Tercium eloe· quod vtrũq; in latinum deus dicitur. Est autem deus nomen in latinum ex graeca appellatione translatum. Nam deus graece theos dicitur· id est timor. Vnde tractum est deus· q̃ eum colentibus sit timor. Deus aũt proprie nomen est trinitatis· pertinens ad patrem & filium & spiritum sanctum. Ad quam trinitatem etiam reliqua que in deo infra sunt posita vocabula referuntur. ¶ Quartum nomen dei dicitur sabaoth· quod vertitur in latinum exercituum· siue virtutum· de quo in psalmo ab angelis dicit̃. Quis est iste rex glorie? Dominus virtutum. Sunt autem in huiusmodi ordinatione virtutes multe· ut angeli· archangeli· p̃ncipatus & potestates· cunctiq; caelestis milicie ordines· quorum tamen ille dominus est· omnes enim sub ipso sunt· eiusq; dominatui subiacent. ¶ Quintum nomen eleon· quod interpretatur in latinum excelsus· quia supra caelos est· sicut scriptum est de eo. Excelsus dñs· et supra caelos gloria eius. Excelsius autem dictus· pro valde celsus· ex enim pro valde ponitur. Sicut eximius· quasi valde eminens ¶ Sextum nomen eheie· id est qui est deus. Deus enim solus· quia eternus est· hoc est· quia exordium non habet· essentie nomen vere tenet. Hoc enim nomẽ ad sanctum moisen per angelum est delatum. Querenti enim quod esset nomen eius· qui eum pergere precipiebat ad populum ex egipto liberandum· respondit ego sum qui sum· et dices filius israhel· qui est misit me ad vos. Tanq̃m in eius comparatione qui vere est· quia incommutabilis est· ea que commutabilia facta sunt quasi non sint· Quod enim dicitur fuit· non est. Et quod dicitur erit· nondum est. Deus autem esse tantum nouit. Fuisse & futurum esse non nouit. Solus enim pater cum filio et spiritu sancto veraciter est cuius essentia comparatum esse nostrum non esse est. Vnde & in colloquio dicimus. Viuit deus· quia essentia vita viuit· quam mors non habet ¶ Septimum adonai· quod generaliter dominus interpretatur· q̃ dominetur creature cuncte· q̃ creatura omnis dominatui eius deseruiat. Dominus ergo & deus· vel q̃

dominetur omnibus·vel q̃ timeatur a cunctis ¶ Octauum ia
quod in deo tantum ponitur·quod etiam in alleluia nouissima
sillaba sonat ¶ Nonum tetragrammaton·hoc est quatuor litte/
rarum·quod proprie apud hebreos in deũ ponitur·iothe·iothe
iode·iode·id est duabus ia ia. Que duplicata ineffabile illud &
gloriosum dei nomen efficiunt. Dicitur autem ineffabilis· non
quia dici non potest·sed quia finiri sensu & intellectu humano
nullatenus potest. Et ideo q̃a de eo nichil digne potest dici in/
effabilis est ¶ Decimum saddan id ẽ omnipotens·vocatus autẽ
omnipotens·eo q̃ omnia potest· sed a faciendo quod vult· non
a paciendo quod non vult. Quod si ei accideret· nequaq̃m esset
omnipotens. Facit enim quicquid vult· & inde omnipotens.
Item omnipotẽs quia ipsius sunt omnia que vbiq; sunt. Solus
enim tocius mundi habet imperium. ¶ Dicuntur autẽ & alia
quedam in deum substantialiter nomina·ut immortalis·incor/
ruptibilis·incommutabilis·eternus. Vnde & merito cuncte pre
ponit̃ creature. Immortalis sicut de eo scriptum est. Qui solus
habet immortalitatem·quia in eius natura nulla est cõmutatio
Nam omnis mutabilitas non inconuenienter dicitur mortalis
secundum q̃ & anima mori dicitur· non quia in corpus vel in
aliquam alteram substãtiam mutatur & vertitur· sed in ip̃a sua
substantia quicquid alio modo nunc est·aut fuit·secundum id
q̃ destitit esse quod erat· mortalis vtiq; depreben ditur· ac per
hoc solus deus dicitur immortalis·quia solus incommutabilis·
Incorruptibilis apellatur·quia corrumpi & dissolui non potest
nec diuidi. Quicquid enim capit diuisionem·& interitum capit
Ille nec diuidi potest·nec interire·inde incorruptibilis est. Incõ/
mutabilis est·quia semper manet·& mutari nescit· nec proficit·
quia profectus est·nec deficit·quia eternus. Eternus est·quia si
ne tempore est·nõ enim habet initiũ·neq; finem. Hinc & sem/
piternus·eo q̃ sit semper eternus. A quibusdam autem eternus
ab ethere creditur dictus· quoniam caelum sedes eius habetur.
Vnde est illud. Caelum caeli domino. Et ista quatuor vnum
significant. Nam vna eademq; res dicitur siue dicatur·eternus
deus·siue immortalis·siue incorruptibilis·siue immutabilis. In/
uisibilis·quia nunq̃m per substantiã suam apparuit oculis mor
talium trinitas· nisi per speciem subiecte creature eiusdemq; cor/
poree. Nam nemo potest ipsam manifestationem essentiae dei

videre & viuere·sicut et dictum est moisi. Vnde et dominus in
euangelio dicit. Deum nemo vidit vnq̃m. Res est enim inuisibilis:
ideoq; non oculo sed corde querendus est. Impassibilis est·quia
nullis perturbationibus afficitur·quibus fragilitas humana suc
cumbit·non enim attingunt eum vlle passiones· ut libido·ira·
cundia·cupiditas·timor·meror·inuidia·& cetera· quibus humana
mens perturbatur. Sed cum deus dicitur irasci·aut zelari·aut do
lere·nostro vsu dicitur. Apud deum enim perturbatio nulla·e·
apud quem tranquillitas summa est. ¶ Simplex autem dicitur
siue non amittendo quod habet· seu quia non aliud est ipse·&
aliud quod in ipo est·sicut in hoie·cuius aliud est esse·& aliud
sapere. Nam & esse potest·& sapiens·non esse. Deus autẽ habet
essentiam·habet & sapientiam·sed q; habet hoc & est·& omnia
vnus est. Ac proinde simplex est·quia non in eo aliquid accide
ns. Sed quod & est·& quod in ipo est·essentialiter est·exceptis
q; relatiue ad quamcunq; personam est. ¶ Summe bonus·qa
incommutabilis est·creatura vero bonum·sed non summum·e·
quia mutabilis est. Et dum sit quidem bonum·non tamẽ esse
potest et summum. ¶ Incorporeus autem vel incorporalis ideo
dicitur deus·ut spiritus credatur·& intelligatur esse non corpus:
Nam dum dicit·spiritus eius significat substãtia. ¶ Immensus·
quia cuncta concludit·ipe a nullo concluditur·sed omnia intra
eius omnipotẽtiam coartantur. ¶ Perfectus dicitur·quia nichil
ei possit adici. Ait tñ de consumatione alicuius facti perfectio
dicitur. Deus autem qui nõ est factus·quomodo est perfectus.
Sed hoc vocabulum de vsu nostro sumpsit humana inopia·sic
cut & reliqua verba·quatenus id quod ineffabile est·utcunq; di
ci possit·quoniam de deo nichil digne humanus sermo dicit·si
cut sunt & alia. ¶ Creator dictus pro tocius mũdi rebus ab ipo
creatis. Nichil enim est quod non originẽ a deo traxerit. ¶ Ipse
& vnus·quia diuidi nõ potest·vel quia nichil esse aliud potest·
quod tantundem capiat potestatis. Haec igit̃ que de deo dicta
sunt ad totam pertinent trinitatem·propter vnam et coeternam
substantiã·siue in patre siue in filio eius vnigenito in forma dei
siue in spiritu sancto·qui vnus ẽ spiritus dei patris & filii eius
vnigeniti. ¶ Sunt autem et quedam vocabula ex vsu nostro ad
deum sumpta de membris nostris·siue de inferioribus·& qui a
a propria natura inuisibilis & incorporeus· pro efficiencius tñ

causarum in ipo rerum species ascribuntur· ut more locutionis nostre facilius seipm insinuet·ut quia omia videt dicat̃ oculus· propter q̃ audit omnia dicatur auris·pro eo autem q̃ auertitur ambulat·,p eo q̃ expectat stat. Sic & in ceteris horũ similibus ab humanis mentibus trahitur similitudo ad deum· sicut est obliuiscens & memorans. Nunc est quod & propheta dicit. Iu/ rauit dominus exercituum per animam suam·non q̃ animam deus habeat·sed hoc nostro narrat affectu. Nam & facies dei in scripturis sanctis nõ caro· sed diuina cognitio intelligit̃ eadem ratione·quia qua per faciem conspectam quisq̃ cognoscit̃. Hoc enim in oratione dicitur deo. Ostende nobis faciem tuam·ac si dicatur. Da nobis cognitionem tuam. Sic & vestigia dei dicun tur·quia nunc deus per speculum agnoscitur. Ad perfectũ vero omnipotens reperiet·dũ in futuro facie ad facie quibusq̃ electis presentabitur·ut ipam speciem cõtemplentur·cuius nunc vesti/ gia comprehendere conantur·hoc est quem videre per speculũ dicuntur. Nam & situs & habitus & locus & tempus in deũ non proprie sed per similitudinem translatiue dicunt̃. Quippe sedere super cherubim dicit̃·quod est ad situm. Et abissus tanq̃m vestimentum amictus·quod est ad habitum. Et anni tui non deficient·quod ad tempus pertinet. Et si ascẽdero in caelum tu ibi es·quod locum manet. Nam & in propheta plaustri portan tis foenum·spes ad deũ ducitur. Haec et omnia per figurã deus dicitur·quia nichil est horum ad proprietatem substãtiae eius

De. Filio dei Ca·ii

Multis etiam modis xps appellari in scripturis inue/ nitur diuinis. Nam ipse dei patris vnigenitus filius· dum esset equalis patri·propter salutem nostram for mam serui accepit. Proinde quedam nomina in illo ex diuini/ tatis substantia·quedam ex dispensatione suscepte humanitatis assumpta sunt. Xps namq̃ a xrismate est appellatus· hoc est vnctus. Praeceptum enim fuerat iudeis· ut sacrum conficerent vnguentum·quo perungui possent hi qui vocabantur ad sacer/ dotium vel regnum. Et sicut nũc regibus indumentũ purpure insigne regie dignitatis. Sic illis vnctio sacri vnguenti nomen ac potestatem regiam conferebat. Et inde xpi dicti a xrismate· quod est vnctio. Nam xrisma graece latine vnctio interpretat̃ vel nuncupatur·que etiam domino nomen accomodauit facta

ſpiritalis· quia ſpiritu vnctus eſt a deo patre· ſicut dicit in acti/
bus apoſtolorum. Collecti ſunt enim in hac ciuitate aduerſus
ſanctum filium tuum·quem vnxiſti·non vtiq; oleo viſibili· ſed
gratie dono· quod viſibili ſignificatur vnguento. Non eſt autē
ſaluatoris proprium nomen xp̄s· ſed communis nūcupatio po
teſtatis. Dum enim dicitur xp̄s·commune nomen dignitatis ē·
Dum ihesus xp̄s·proprium eſt vocabulum ſaluatoris. Xp̄i enī
nomē nuſq̄m alibi omnino· nec in aliqua gente fuit niſi tantū
in illo regno vbi xp̄s ꝓphetabat·& vnde venturus erat ¶ Meſſi/
as autem hebraice dicitur graece xp̄us· latina autem locutione
vnctus. ¶ Ihesus hebraice graece ſother·latine autem ſalutaris
ſiue ſaluator interpretatur· pro eo q; cunctis gentibus ſalutifer
venit. Etimologiam enim nominis huius etiam euangeliſta
ſignificat dicens. Vocabis nomen eius ſaluator·quia ipſe ſaluū
faciet populum ſuū. Sicut enim xp̄s ſignificat regem· ita ihesus
ſignificat ſaluatorem. Non itaq; nos ſaluos facit quicūq; rex·ſed
rex ſaluator. Quod verbum latina lingua antea nō habebat· ſed
habere poterat·ſicut potuit quando voluit ¶ Emmanuel ex he
breo in latinum ſignificat nobiſcum deus·ſcilicet quia per virgi
nem natus deus·hominibus in carne mortali apparuit·ut terre/
nis viam ſalutis ad caelum apperiret ¶ Ad diuinitatis autē ſub
ſtantiam que pertinent iſta ſunt·deus·& dominus. Deus autē
dictus propter vnitatem cum patre ſubſtantiam. Dominus autē
propter ſeruientem creaturam. Deus autem & homo·quia ver/
bum & caro. Vnde bis genitus dicitur· ſiue quia pater eum ge/
nuit ſine matre in eternitate·ſiue quia mater ſine patre in tēpore
¶ Vnigenitus autem vocatur ſecundum diuinitatis excellentiā
quia ſine fratribus ¶ Primogenitus ſecundum ſuſceptionē ho/
minis·in qua per adoptionem gratie fratres habere dignatus ē·
quibus eſſet primogenitus. ¶ Omouſion patri ab vnitate ſub/
ſtantie appellatur. Subſtantia enim vel eſſentia grece vſia dicit·
omo vnum·vtrumq; igitur coniunctum ſonat vna ſubſtantia.
Hoc autem vocatur omouſion quod eſt·ego & pater vnum ſu
mus·hoc eſt eiuſdem cum patre ſubſtantie. Quod nomen & ſi
ſcriptum in ſanctis litteris non inueniatur·in aſſertione tamen
tocius trinitatis defenditur·q a datur ratio vnde recte dici oſten
datur· ſicut & pater in illis libris nuſq̄m ingenitus legitur· ſed
tamen dicendus eſſe atq; credendus non dubitatur. Omouſion

ſimilis ſubſtantiae·quia qualis deus talis eſt & imago eius·in/
uiſibilis deus·& imago eius inuiſibilis. ¶ Principium· eo q̃ ab
ip̃o ſint omnia·& quia ante eũ nichil. ¶ Finis·vel quia digna/
tus eſt in fine temporum humiliter in carne naſci·& mori·et iu
dicium nouiſſimum ip̃e ſuſcipere. Vel quia quicquid agimus·
ad illum referimus·& cum ad eum peruenerimus· vltra quod
queramus non habebimus ¶ Os dei eſt·quia verbum eius eſt.
Nam ſicut pro verbis que per linguam fiunt· ſepe dicimus illa
& illa lingua·ita & pro dei verbo os ponitur· quia mos eſt· ut
ore verba formẽtur. ¶ Verbum autem ideo dicitur·quia per eũ
pater omnia condidit ſiue iuſſit ¶ Veritas·quia nõ fallit·ſed tri/
buit quod promiſit. ¶ Vita·quia creauit ¶ Imago dei· propter
priorem ſimilitudinem patris ¶ Figura eſt·quia ſuſcipiens for
mam ſerui operum virtutumq; ſimilitudinem patris in ſe ima
ginem atq; immenſam magnitudinẽ deſignauit ¶ Manus dei ẽ
q̃ omnia per ip̃m facta ſunt. ¶ Hinc & dextra·propter effectũ
operis tocius creature·que per ip̃m formata ſunt. ¶ Brachium·
quia ab ip̃o omnia continentur ¶ Virtus·pro eo q̃ omnem po
teſtatem patris in ſemetip̃o habeat·& omnem caeli terreq; crea/
turam gubernet·contineat·atq; regat ¶ Sapientia·pro eo q̃ ipſe
reuelet miſteria ſcientie·& archana ſapientiae. Sed tamen cũ ſit
pater & ſpiritus ſanctus ſapientia & virtus·lumen & lux·pro/
prie tamen his nominibus filius nuncupatur ¶ Splendor aũt
appellatur·ꝓpter q̃ manifeſtat ¶ Lumen quia illumiat. ¶ Lux
quia ad veritatem contemplandam cordis oculos reſerat ¶ Sol
quia illuminat omnes ¶ Oriens·quia luminis fons & illuſtra/
tor eſt rerum·& q̃ oriri nos faciat ad vitam eternam ¶ Fons·
quia rerum omniũ origo eſt. Vel q̃ faciat ſicientes ¶ Ip̃e quoq;
alfa & o alfa enim litteram nulla precedit. Prima eſt enim litte/
rarum·ſicut & filius dei. Ipſe enim ſe principium iudeis interro
gantibus eſſe reſpondit. Vnde &. Iohannes in apocalipſi ꝓprie
ip̃am litteram ponens ait. Ego ſum alfa &·o·primus & nouiſſi
mus. Primus·quia ante eũ nichil eſt. Nouiſſimus·quia nouiſſi/
mum iudicium ip̃e ſuſcipiet. ¶ Mediator·quia inter deũ et ho/
minem medius conſtitutus eſt·ut hominem ad deũ perduceret
Vnde & illum graeci meſiten vocant ¶ Paraclitus id ẽ aduoca
tus·quia pro nobis intercedit apud patrem· ſicut & de eo dicit
Iohannes. Aduocatum habemus apud patrem ihesum cristũ

iustum. Paraclitus autem graecum est· quod latine dicitur ad/
uocatus·quod nomẽ & filio & spiritui sancto ascribitur· iuxta
quod & dominus in euãgelio ait. Rogabo patrem & alium pa
raclitum dabit vobis. ¶ Intercessor autem ideo vocatur·quia ꝓ
culpa nostra remouenda curam gerit·& pro abluendis nostris
criminibus curam impendit ¶ Sponsus·quia descẽdens e caelo
adhesit ecclesie· ut pace noui testamenti essent duo in carne vna
¶ Angelus dicitur·propter annunciationem paterne ac sue vo
luntatis. Vnde & apud prophetam magni consilii angelus le/
gitur·dum sit deus & dominus angelorum. ¶ Missus dicitur
eo q̃ apparuit huic mundo verbũ caro factum. Vnde & idem
dicit. Ego a patre exiui·& veni in hunc mundum ¶ Homo au
tem dicit·quia natus est ¶ Propheta·q̃a futura reuelauit ¶ Sa/
cerdos·quia ꝓ nobis hostiam se obtulit ¶ Pastor·quia custos·
¶ Magister·quia ostensor. ¶ Nazarenus vero a loco. Nazareus
a merito· id est sanctus siue mundus· quia peccatum non fecit.
¶ Siquidem & de aliis inferioribus rebus nominũ spẽs ad se
trahit xp̃us·ut facilius intelligatur. ¶ Dicitur enim panis quia
caro ¶ Vitis·quia sanguine ipius redempti sumus ¶ Flos·quia
electus ¶ Via·quia per ip̃m ad deum imus ¶ Ostium·quia per
ip̃m ad deum ingredimur ¶ Mons·quia fortis ¶ Petra·quia fir
mitas est credentium ¶ Lapis angularis·vel quia duos parietes
e diuerso id est de circumcisione & prepucio venientes·in vnã
fabricam ecclesie iungit. Vel q̃ pacẽ in se angelis & hominibus
fecit ¶ Lapis offensionis· quia veniens humilis offenderunt in
eum increduli homines· & factus est petra scandali· sicut dicit
apostolus·iudeis quidem scandalum ¶ Fundamentum autem
ideo vocatur·quia fides in eo firmissima est. Vel quia super eũ
catholica ecclesia constructa est ¶ Nam & xp̃s agnus pro inno
centia·Et ouis pro patientia. Et aries propter principatum. Et
hedus propter similitudinem carnis peccati. Et vitulus ꝓ eo q̃
pro nobis immolatus. Et leo pro regno & fortitudine. Et ser/
pens pro morte & sapientia. ¶ Idem & vermis quia resurrexit·
¶ Aquila propter q̃ post resurrectionẽ ad astra remeauit. Nec
mirum si vilibus significationibus figuret·qui vsq̃ ad nostras
passionum seu carnis contumelias descendisse cognoscitur. Qui
cum sit coeternus dei patris ante secula filius·postq̃m venit ple
nitudo temporis propter salutem nostram formã serui accepit·

& factus est filius dei· filius hominis. Inde quedam de illo in scripturis sanctis secundum formam dei· quedam secúdum for/ mam serui dicuntur. Quorum exempli gratia duo quedam cō/ memorantur· ut singula ad singula referantur. Secundum for/ mam dei de seipo dixit. Ego & pater vnum sumus. Secúdum formam serui. Quoniam pater maior me est. Homines autem minus intelligentes quid pro quo dicatur· ea que ,ppter formā serui dicta sunt volunt transferre ad formam dei· & rursus ea q̄ dicta sunt·ut ad seinuicem persone referantur· volunt nomina esse nature atq; substantie·& faciunt errorem in fide. Sic autem dei filio coniuncta est humana natura· ut ex duabus substāciis fieret vna persona. Solus igitur homo pertulit crucē· sed ,ppter vnitatem persone & deus dicitur pertulisse. Hinc est quod scri bitur. Si enim cognouissent·nunq̄m dominum glorie crucifix issent. Filium ergo dei crucifixum fatemur·non ex virtute diui tatis·sed ex infirmitate humanitatis·non ex sue nature perman/ sione·sed ex nostra susceptione

De. Spiritu sancto Ca·iii

Spiritus sanctus ideo predicatur deus·quia ex patre fi lioq; procedit·& substantiam eorum habet. Neq; enī aliud de patre ,pcedere potuit·q̄m quod ipe est pater Spiritus sanctus autem dictus secúdum id q̄ ad aliquid referī inspirans. Spirans vtiq; spiritu inspirans est·& ex eo appellatus spiritus est. Proprio autē modo quodam dicīt spiritus sanctus secundum q̄ refertur ad patrem & filium·q̄ eorum spiritus sit· Nam & hoc nomen quod spiritus dicitur· non semper secun/ dum id q̄ aliquam naturam significat. Omnis enim incorpo/ rea natura spiritus in scripturis sacris appellatur. Vnde & non tantum patri & filio & spiritui sancto·sed omni rationali crea/ ture & anime hoc vocabulum cōgruit. Ideo igitur spiritus dei sanctus vocatur·quia patris & filii sanctitas est. Nam cū sit & pater spiritus·& filius spiritus·& pater sanctus·et filius sanctꝰ proprie tamen ipe spūs vocatur sanctus spūs· tanq̄m sanctitas coessentialis & consubstantialis amborum. Spiritus sanctus ideo non dicitur genitus·ne duo in trinitate filii suspicentī. Ideo non predicatur ingenitus·ne duo patres in ipa trinitate credantī Procedens autem dicitur testimonio domini dicentis. Multa adhuc habeo que vobis loquar·sed non potestis illa modo au/ dire·veniet autē spiritus veritatis qui a patre procedit·et de meo

accipiet ille vobis indicabit omnia. Hic autē non solum natus
procedit sed semper ad peragenda diuinitatis opera indeficiēter
procedit. Hoc autem interest inter nascentem filium & procedē
tem spiritum sanctum. q̄ filius ex vno nascit. spiritus sanctus
ex vtroq procedit & ideo dicit apostolus. Qui autem spiritum
xpi non habet hic nō est eius. ¶ Spiritus sanctus ex opere etiam
& angelus intelligitur. dictum est enim de illo. Et que vētura
sunt annunciabit vobis. Et vtiq angelus graece latine nuncius
interpretatur. Vnde & duo angeli apparuerunt loth in quibus
dominus singulariter appellatur. quos intelligimus filium &
spiritum sanctum. Nam pater nunq̄m legitur missus. ¶ Spus
sanctus qui dicitur paraclitus a consolatione dicitur. Paraclisis
enim graece latine consolatio interpretatur. Xps enim eum apo
stolis lugentibus misit postquam ab eorum oculis ipse in cae
lum ascendit. Consolator enim tristibus mittit secūdum illa me
emisdem domini sententiam. Beati lugentes. quoniam ipi conso
labuntur. Ipse etiam dixit. Tunc lugebūt filii sponsi cū ablatus
fuerit ab eis sponsus. Item paraclitus pro eo q consolationem
prestet animabus. que gaudium temporale amittunt. Alii pan
clitum latine oratorem. vel aduocatum interpretātur. Ipse enim
spiritus sanctus dicit ipse docet per ipm datur sermo sapientie
a xpo sancta scriptura inspirata est. ¶ Spiritus sanctus ideo sep
tiformis nuncupatur propter dona que de vnitatis eius pleni
tudine particulatim quiq ut digni sunt consequi promerentur.
Ipse enim spiritus sapiētiae & intellectus spiritus consilii & for
titudinis. spiritus scientie & pietatis. spiritus timoris domini.
¶ Spiritus autem principalis in psalmo quinquagesimo legit
Vbi quia tercio spiritus repetit. nōnulli trinitatem intellexerunt
esse deum. ideo quia scriptum est. Deus spiritus est. Quod enim
non est corpus. & tamen est. esse videtur restare. ut spiritus sit.
Intelligūt ergo ibi nōnulli trinitatem significari in spiritu prin
cipali patrem. in spiritu recto filiū. in spu sancto. spiritū sanctū.
¶ Spus sanctus ideo donum dicitur eo q datur. A dando eius
donum est nūcupatū. Notissimum est enim dominū. ihesum
xpm cum post resurrectionem a mortuis ascendisset in celum
dedisse spiritum sanctum. quo credentes impleti linguis omni
um gentium loquebantur. In tantum autem donum dei est in
quantum datur eis qui per eum diligunt deum. Apud se autē

detis est. Apud nos autem donum est sempiternũ salutis. Sed
sempiterne spiritus sanctus donum est distribuẽs singulis gra/
tiaru dona pro ut vult. Nam & prophecias quibus vult disptit
et peccata quibus vult dimittit. Nam peccata sine spiritu sancto
non donantur ¶ Spus sanctus inde proprie caritas nuncupat̃·
vel quia naturaliter eos a quibus procedit coniungit· & se vnũ
cum eis esse ostẽdit. Vel quia in nobis id agit·ut in deo manea/
mus·& ipe in nobis. Vnde & in donis dei nichil maius est ca/
ritate·et nullum maius donũ dei q̃m spus sanctus ¶ Ipe est &
gratia·que quia nõ meritis nostris· sed voluntate diuina gratis
datur·inde gratia nuncupatur. Sicut autem vnicum dei verbũ
proprie vocamus nomine sapientiae·cũ sit vniuersaliter & spus
sanctus·& pater ipe sapientia· ita spus sanctus proprie nuncu/
patur vocabulo caritatis·cum sit pater & filius vniuersaliter ca/
ritas ¶ Spus sanctus digitus dei esse in libris euangeliorũ aper
tissime declaratur. Cum enim vnus euangelista dixisset·in digi
to dei eicio demonia. Alius hoc idem ita dixit. In spũ dei eicio
demonia. Vnde & digito dei scripta lex est data die quinquage
simo ab occisione agni·& die quinquagesimo a passione domi
nostri ihesu xpi venit spus sanctus. Ideo autẽ digitus dei dicit̃·
ut eius operatoria virtus cum patre & filio significetur. Vnde
& paulus ait. Haec autem omnia operat̃ vnus atq; idem spus·
diuidens singulis pro ut vult. Sicut autem per baptismum in
xpo morimur· & renascimur·ita spũ signamur· quod ẽ digitus
dei·& spale signaculum ¶ Spus sanctus idcirco in columbe spẽ
venisse scribitur· ut natura eius per auem simplicitatis & inno/
centie declaretur. Vnde & dominus. Estote inq̃t simplices sicut
columbe. Haec eni auis corporaliter ipso felle caret·habẽs tantũ
innocentiam & amorem ¶ Spus sanctus inde nomie ignis ap
pellatur·propter hoc q̃ in actibus apostolorum per diuersionẽ
linguarum ut ignis apparuit·q̃ & insedit super vnũquẽq; eorũ
Propterea autem diuersarum linguarum gratiam apostolis de/
dit·ut idonei efficerentur fidelium eruditione populorũ. Q̃ ve/
ro supra singulos sedisse memoratur·id cause intelligat̃ per plu/
res fuisse diuisus·sed mansisse in singulis totus sicut fere ignib9
mos est. Hanc eni naturam habet ignis accensus·ut quanti ad
eum quanti ad crinem purpurei splendoris aspexerint· tantis
visum sue lucis impciat·tãtis ministerium sui muneris tribuat

ut nichilominus ipse in sua integritate permaneat. ¶ Spiritus sanctus nomine aque appellatur in euãgelio·domino clamãte & dicẽte. Siquis sitit veniat ad me & bibat·qui credit in me flumina aque viue fluent de ventre eius. Euãgelista autẽ exposuit vnde diceret. Secutus enim ait. Hoc autẽ dicebat de spiritu quẽ accepturi erant credentes in eum. Sed aliud est aqua sacramenti Aliud aqua que significat spiritum dei. Aqua enim sacramẽti visibilis est. Aqua spũs sancti inuisibilis est. Ista abluit corpus· et significat quod fit in anima de eadem trinitate. Per illum autem spiritum sanctũ ipsa anima mundatur & saginatur ¶ Spiritus sanctus ideo vnctio dicitur. Iohanne apostolo attestante· quia sicut oleum naturali pondere superfertur omni liquori·ita in principio superferebatur spũs sanctus aquis. Vnde & dominus oleo exultationis·hoc est spũ sancto legitur fuisse vnctus. Sed & Iohannes apostolus spiritum sanctum vnctionem vocat dicens. Et vos inquit vnctionem quã accepistis ab eo permaneat in vobis·& non necesse habetis ut aliquis doceat vos· sed sicut vnctio eius docet vos de omni re. Ipe enĩ spũs sanctus vnctio est inuisibilis ¶ De. Eadem trinitate ¶ Ca·iii

Trinitas appellatur·q̃ fiat totum vnũ ex quibusdam tribus·quasi triunitas·ut memoria·intelligẽtia·et voluntas·in quibus mens habet in se quandam imaginem diuine trinitatis. Nam dum tria sint·vnum sunt· quia singula in se manent & omnia in omnibus. Pater igitur & filius & spũs sanctus trinitas & vnitas. Idem enim vnũ·idem et tria· In natura vnum· in personis tria. Vnde propter maiestatis cõmunionem·tria propter personarum proprietatem. Nam alius pater·alius filius·alius spũs sanctus·sed alius quidem·nõ aliud quia pariter simplex·pariterq̃ incommutabile bonum et coeternum. Pater solus non est de alio·ideo solus appellat̃ ingenitus. Filius solus de patre est natus·ideo solus dicitur genitus. Spũs sanctus solus de patre & filio procedit· ideo solus amborũ nuncupatur spũs. ¶ In hac trinitate alia sunt appellatiua nomina· alia propria sunt. Propria sunt essentialia ut deus· dominus·omnipotens·immutabilis·immortalis. Et inde propria·quia ipam substantiam significant·quia vnum sunt. Appellatiua vero·pater·filius·& spiritus sanctus·ingenitus·& genitus·& procedens ¶ Eadem & relatiua·quia ad seinuicem referuntur. Cum enim

deus dicitur·essentia est·quia ad seipm dicitur. Cum vero dicit pater & filius & spūs sanctus relatiue dicuntur·quia ad seinuicem referuntur. Nam pater non ad seipm sed ad filium relatiue dicitur·quia est ei filius. Sic & filius relatiue dicitur·quia est ei pater. Sic & spūs sanctus·quia est patris filiq; spūs. His enim appellationibus hoc significatur· q; ad seinuicem referunt· non ipa substantia qua vnum sunt. Proinde trinitas in relatiuis per sonarum nominibus est. Deitas non triplicatur·sed in singularitate est·q a si triplicatur·deorum inducimus pluralitatē. ¶ Nomen autem deorum in angelis & sanctis hominibus ideo pluraliter dicitur· propter q; non sint merito equales. De quibus psalmus. Ego dixi dii estis. De patre autē & filio & spū sancto propter vnam & equalem diuinitatem nō nomen deorum· sed dei esse ostenditur·sicut ait apostolus. Nobis tamen vnus deus vel sicut voce diuina dicitur. Audi israhel·dominus deus tuus deus vnus est·scilicet ut trinitas sit· & vnus dominus deus sit. Fides apud graecos de trinitate hoc modo est. Vna vsia·ac si dicatur·vna natura·aut vna essentia. Tres ipostasis· quod resonat in latinum vel tres personas·vel tres substantias. Nam latinitas proprie nō dicit de deo·nisi essentiam·substantiam vero nō proprie dici sed abusiue·quoniam vere substantia apud grecos persona intelligitur non natura

¶ De. Angelis ¶ Ca·v

HAngeli graece vocantur·hebraice dicuntur maloth·latine vero nuncii interpretantur·ab eo q; dni voluntatem populis nuncient. Angelorum aūt vocabulum officii nomen est non nature·semper eni spūs sunt· sed cū mittuntur angeli vocantur. Quibus ideo pictorum licentia pēnas faciunt·ut celerem eorum in cuncto discursum significent·sicut & iuxta fabulas poetarum venti habere dicuntur propter velocitatem scilicet. Vnde & scriptura sacra dicit. Qui ambulas sup pennas ventorum ¶ Nouem autem ordines esse angelorū sacre scripture testantur· id est angelos·archangelos· thronos·dominationes·virtutes·p̄ncipatus·potestates·cherubim·& seraphim. Quorum officiorum vocabula cur ita dicta sint interpretando exequimur ¶ Angeli vocantur·propter q; de caelis ad annūciandum hominibus mittantur. Angelus enim graece latine nūcius dicitur. ¶ Archangeli graeca lingua·latine summi nuncii interpretantur. Qui enim parua vel minima annunciāt angeli

qui vero ſumma archangeli nuncupantur. Archangeli dicti·eo
q; primatum teneant inter angelos. Archos enim graece latine
princeps interpretatur. Sunt enim duces & principes ſub quo/
rum ordine vnicuiq; angelorum officia deputata ſunt. Nã quia
archangeli angelis preſunt·zacharias propheta teſtatur dicens.
Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur·& alius ange
lus egrediebatur in occurſum eius & dixit. Curre et loquere ad
puerum iſtum dicens. Abſq; muro habitabitur hieruſalem. Si
enim in ipſis officiis angelorum nequaq̃m poteſtates ſupiores
inferiores diſponerent· nullo modo hoc quod homini diceret
angelus ab angelo cognouiſſet. ¶ Quidam autẽ archangel orũ
priuatis nominibus appellantur· ut per vocabula ſua in opere
ſuo quid valeant deſignetur. ¶ Michahel hebraice in linguam
noſtram vertitur·quis ut deus. Quando enim aliquid in mun
do mire virtutis fit· hic archangelus mittitur· & ex ipſo opere
nomen eſt eius·q a nemo valet facere·quod facere ꝓualeat deus
¶ Gabriel interpretatur fortitudo dei. Vbi enim potentia diuia
vel fortitudo manifeſtatur· gabriel mittitur. Vnde & eo tẽpore
quo erat dominus naſciturus et triumphaturus de mundo ga/
briel mittitur ad mariã·ut illum annũciaret·qui ad debellandas
aerias poteſtates humilis venire dignatus eſt ¶ Raphahel inter
pretatur curatio· vel medicina dei. Vbicunq; enim curandi vel
medendi opus neceſſarium eſt·hic archangelus a deo mittitur·
& inde medicina dei vocatur. Vnde & ad tobiam idem archan
gelus miſſus·oculis eius curationem adhibuit·et cecitate deterſa
viſum ei reſtituit. Nominis enim interpretatione & angeli offi/
cium deſignatur. ¶ Vriel interpretatur ignis dei·ſicut legimus
ignem apparuiſſe in rubo. Legimus etiam ignem miſſum deſu
per·& impleſſe quod preceptum eſt ¶ Troni autẽ & dñationes
& principatus· & poteſtates·et virtutes·quibus vniuerſam cae/
leſtem ſocietatem apoſtolus complectitur ordines angelorum
et dignitates intelliguntur. Et pro hac ipa diſtributione officio
rum alii troni·alii dominationes·alii principatus·alii poteſtates
dicuntur pro certis dignitatibus·quibus inuicem diſtinguũtur
¶ Virtutes angelice quedam miniſteria perhibentur· per quae
ſigna & miracula in mundo fiunt·propter quod & virtutes di/
cuntur ¶ Poteſtates ſunt quibus virtutes aduerſe ſubiecte ſunt·
Et inde poteſtatum nomine nuncupantur· quia maligni ſpũs

eorum potestate cohercentur·ne tantũ mundo noceant·quantũ
cupiunt ¶ Principatus sunt hi qui angelorum agminibus pre
sunt. Qui pro eo q̃ subditos angelos ad explendum ministeriũ
diuinum disponũt·principatus vocabulum acceperũt. Nam alii
sunt qui administrant·alii qui assistũt·sicut per danielem dicit
Milia milium ministrabãt ei·& decies milies centena milia assi
stebant ei ¶ Dominationes sunt hi qui etiã virtutibus & prin
cipatibus pemínent. Qui pro eo q̃ ceteris angelorum agmini/
bus dominãtur dominationes vocãtur. ¶ Troni sunt agmina
angelorum. Qui latino eloquio sedes dicuntur. Et vocati troni·
quia illis cõditor presidet·& per eos iudicia sua decernit ¶ Che
rubin autem & ipsi sublimes caelorum potestates & angelica
ministeria perhibentur. Qui ex hebreo in linguam nostram in
terpretantur scientie multitudo. Sunt autem sublimiora agmia
angelorũ. Qui pro eo q̃ vicinius positi·diuia scientia ceteris am
plius pleni sunt. Cherubin id est plenitudo sciẽtiae appellãtur.
Ipsa sunt duo illa animalia supra propiciatorium arce facta ex
metallo·propter significandam angelorum presentiã· in quorũ
medio ostenditur deus. ¶ Seraphin quoq; similiter multitudo
angelorum est. Qui ex hebreo in latinum ardentes vel incẽden/
tes interpretãtur. Qui idcirco ardentes vocãtur·quia inter eos et
deum nulli alii angeli consistũt. Et ideo quãto vicinius coram
deo consistunt·tãto magis claritate diuini lumis inflammãtur·
Vnde & ipi velant faciem & pedes sedentis in trono dei·& id/
circo cetera angelorũ turba videre dei essentiam plene nõ valet·
quõm seraphin eam tegit. Haec igitur vocabula agminum an/
gelorum ita sunt specialia ordinum singulorum· ut tamen sint
ex pte communia omniũ. Nam dum troni sedes dei in quorun
dam angelorum ordine specialiter designentur· tamen per psãl/
mistam. Qui sedes super cherubin dicitur. Sed ideo isti ordines
angelorum priuatis nominibus appellantur·quia hoc ipm of
ficium in proprio ordine plenius acceperũt. Et cum sint officia
omnibus communia·proprie tamen haec & nomia suis ordini
bus deputãtur. Vnicuiq; etiam sicut predictum est propria offi
cia iniuncta que eos promeruisse in mũdi constat exordio. Nã
quia angeli & locis & hominibus presunt· per prophetã testat
angelus dicẽs. Princeps regni persarum restitit michi. Vnde ap
paret nullum esse locum cui angeli nõ presint. Presunt enim &

auspicijs operum omniũ. Hic est ordo vel distinctio angelorũ qui post lapsum malorum in caelesti vigore steterunt. Nam postq̃m a potestate angeli ceciderunt·hi perseuerantia eterne beatitudinis solidati sunt. Vnde & post caeli creationem in principio repetitur. Fiat firmamẽtum·& vocatum est firmamentũ caelum·nimirum ostendens q̃ post ruinam angelorũ malorũ hi qui permanserunt firmitatem eterne perseuerantie consecuti sunt·nullo iam lapsu auersi·nulla superbia cadentes·sed firmiter in dei amore & contemplatione manẽtes·nichil aliud dulce habent·nisi eum a quo creati sunt. Q̃ autem duo seraphin in esaia leguntur figuraliter veteris & noui testamenti significationem ostendunt. Facié vero & pedes operiunt dei·quia preterita ante mundum et futura post mundum scire non possumus·sed media tantũ eorum testimonia contemplamur. Singuli senas alas habent· quia fabricam tantum mundi que in sex diebus facta ẽ in pṡti seculo nouimus. Q̃ clamãt ter sanctus·sanctus·sanctꝰ alter ad alterũ·trinitatis in vna diuinitate demonstrãt misteriũ.

De. Hominibus qui quodam presagio nomen acceperũt

Ceteriq̃ primorum hominum ex propriis causis originem nominum habẽt. Quibus ita ꝓphetice indita sunt vocabula·ut aut futuris aut precedentibus eorum causis conueniant. In quibus tamen manẽte spãli sacramento· nũc tãtum ad litterã intellectum historie persequimur. Vbi autem ethimologie interpretationem nõ attingimus solam ipam ethimologiam in latinum ponimus. Q̃ autẽ vnũ nomen hebraicum aliter atq̃ aliter interpretatur· hoc secũdum accentum & litterarum euenit diuersitatem· ut in varijs significationibus nomia computentur. Adam sicut beatus Hieronimus tradidit·homo siue terrenus· siue terra rubra interpretatur ex terra enim facta est caro· & humus homis faciendi materies fuit. Eua interpretatur vita·siue calamitas·siue ve. Vita·quia origo fuit nascendi. Calamitas & ve·quia per preuaricationem causa extitit moriendi. A cadendo enim nomen sumpsit calamitas. Alii autem dicũt ob hoc eua vita & calamitas appellata· q̃a sepe mulier viro causa salutis ẽ·sepe calamitatis & mortis·quod est ve. Cain possessio interpretatur. Vnde ethimologiã ipius exprimens pater eius ait. Cain id est possedi hominem per deũ Idem & lamentatio· eo q̃ pro interfecto abel interfectus sit·&

penam sui sceleris dederit ¶ Abel luctus interpretatur·quo no/
mine prefigurabatur occidendus. Idem & vanitas·quia cito so
lutus est atq; subtractus ¶ Seth interpretatur resurrectio· eo q;
post fratris interfectionem natus sit·quasi resurrectionē fratris
ex mortuis suscitaret. Idem & positio·quia posuit eum deus ꝓ
abel ¶ Enos iuxta proprie lingue varietatem homo vel vir di/
citur. Et congrue hoc vocabulum habuit·de eo enim scriptū ē·
Tunc initium fuit inuocandi nomen domini. Licet pleriq; he/
breorum arbitrentur·q; tunc primum in nomie domini· & in
similitudine eius fabricata sunt idola ¶ Enoch dedicatio. In ipi/
us enim nomie ciuitatem postea edificauit cain ¶ Cainan lamē
tatio vel possessio eorū. Sicut enim cain possessio ita deriuatiuū
nomen quod est cainan·facit possessio eorum ¶ Matusalam in
terpretatur mortuus est·euidens ethimologia nomis. Quidam
enim eum cum patre translatum fuisse & diluuium preterisse
putauerūt·ob hoc signāter transfertur·mortuus est·ut ostende/
retur nō vixisse eū post diluuiū· sed in eodem cataclismo fuisse
defunctum. Soli enim octo homies in arca euaserūt diluuium
¶ Lamech percutrēs·ipe enī pcussit & interfecit cain·quod etiā
ipe postea perpetrasse vxoribus confitetur ¶ Noe requies inter/
pretatur·pro eo q; sub illo omia retro opera quieuerūt per dilu/
uium. Vnde & pater eius vocās nomē noe dixit. Iste requiescere
nos faciet ab omnibus operibus nostris. ¶ Sem dicitur nomi/
natus·eo q; nomē ex posteritatis presagio accepit· ex ipso enim
patriarche & ꝓphete & apostoli & populus dei· ex eius quoq;
stirpe & xps cuius ab ortu solis vsq; ad occasum magnum est
nomen in gētibus ¶ Cam calidus·& ipe ex presagio futuri cog
nomiatus·posteritas enim eius eam terre partem possedit· q̄ vi/
cino sole calentior est. Vnde & egiptus vsq; hodie egiptiorum
lingua cam dicitur ¶ Iafeth latitudo·ex eo enim populus gen/
tium nascitur·& quia lata est ex gentibus multitudo credentiū
ab eadem latitudine iafeth dictus ē ¶ Canaan filius cam inter/
pretatur motus eorum·quod quid est aliud nisi opus eorū. Pro
motu enī patris id est pro opere eius maledictus est ¶ Arfaxat
sanās depopulationem ¶ Chus hebraice ethiops interpretatur
a posteritate sui generis nomē sortitus·ab ipo enim sunt propa/
gati ethiopes. ¶ Nemroth interpretatur tirānus·ipe enim prior
arripuit insuetam in populo tirannidem· & ipse aggressus est

aduersus deum impietatis edificare turrim. ¶ Heber transitus·
ethimologia vero eius mistica ē·q̃ ab eius stirpe transiret deus
nec perseueraret in eis translata in gētibus gratia. Ex ipo enim
sunt exorti hebrei. ¶ Faleg diuisio·cui pater ,ppterea tale nomē
imposuit· quia tunc natus est·quando per linguas terra diuisa
est ¶ Thara exploratio ascensionis. ¶ Melchisedech rex iustus·
Rex·quia ipe postea imperauit salem.Iustus·pro eo q̃ discernēs
sacramenta legis & euangelii·non pecudum victimas·sed obla
tionem panis & calicis in sacrificium obtulit ¶ Loth declinās·
Factis enim sodomorum non consensit· sed eorum illicita car/
nis incendia declinauit ¶ Moab ex patre·& totum nomen ethi
mologiam habet·cōcepit enim eum primogenita filia de patre·
¶ Ammon cuius causa nomen redditur filius populi mei ·sic
deriuat̃·ut ex parte sensus nominis·ex parte ipe sit sermo. Am/
mi enī a quo dicti sunt ammonite·vocat̃ populus meus ¶ Sa/
rai interpretatur princeps mea·eo q̃ esset vnius tantūmodo do/
mus materfamilias. Postea causa nominis immutati ablata de
fine i littera dicitur sara·id est princeps. Omniū quippe gentiū
futura princeps erat·sicut & dominus pollicitus fuerat abrahā·
Dabo tibi ex sara filium·et benedicam ei·& erit in gentes·sed et
reges populorum erunt ex eo ¶ Agar aduena vel cōuersa. Fuit
enim egiptia complexui abrahe aduena causa generandi data· q̃
post contemptum ab angelo increpante conuersa est ad saram.
¶ Cethura thimiama interpretatur ¶ Ismahel auditio dei inter
pretatur. Sic enim scriptum est. Et vocauit nomē eius ismahel·
quia exaudiuit eum deus. ¶ Esau trinomius est· & ex proprius
causis varie nuncupat̃. Dicitur enim esau id est rufus·ob cocti/
onem scilicet rufe lentis ita appellatus·cuius edulio p̄mogenita
perdidit Edom autem ob ruborem corporis dictus est· quod
latine sanguineus dicitur. Seir vero q̃ fuerit hispidus et pilosus
quando enim natus est totus sicut pellis pilosus erat·atq; idem
tribus nominibus appellatur. Esau id est rufus. Edom id est
sanguineus. Seir id est pilosus·quia nō habuit lenitatem. ¶ Re/
becca patientia siue que multum acceperit ¶ Lia laboriosa vtiq;
generando·plurimos enim dolores q̃m rachel fecunditate parie/
di experta est ¶ Rachel interpretatur ouis·pro ea enim iacob pa
uit oues laban ¶ Zelfa os bians ¶ Bala inueterata ¶ Dina trans
fertur in causam·iurgii enim in sicimis causa extitit ¶ Thamar

amaritudo·pro viris mortuis. Eadem & commutans· mutauit
enim se in habitum meretricis· quando cum socero suo concu/
buit ¶ Phares diuisio·ab eo q̃ diuiserit membranula secundarũ
diuisoris. Inde & phares sortitus est nomen. Vnde & pharisei·
qui se quasi iustos a populo separabant· diuisi appellabantur.
¶ Zara frater eius·in cuius manu erat coccinium· interpretatur
oriens·siue quia primus apparuit·siue q̃ plurimi ex eo iusti na
ti sunt·ut in libro paralipomenon continetur. Zara id est orĩs
appellatus est ¶ Iob in latinum vertitur dolens· & recte·ꝓpter
percussionem carnis et passiones dolorum·calamitates eni suas
nominis ethimologia prefigurauit ¶ Pharao nomen est nõ ho
minis·sed honoris·sicut & apud nos augusti appellantur reges
cum propriis nominibus censeantur. Exprimitur autem in la/
tinum pharao denegãs eum·vtiq; deum·siue dissipator eius·po/
puli enim dei fuit afflictor. ¶ Iamnes·marinus·siue vbi ẽ signũ
eius·cessit enim & defecit signum eius corã signis moisi. Vnde
& dixerunt magi. Hic digitus dei est ¶ Mambres mare pellici/
um siue mare in capite ¶ Deniq; Moises interpretatur sumptus
ex aqua· inuenit enim eum ad ripam fluminis expositum filia
pharaonis· quem colligens adoptauit sibi filium· vocauitq; no/
men eius moisen·eo q̃ de aqua sumpsisset eum. ¶ Aaron mõs
fortitudinis interpretatur· propter q̃ thuribulum accipiens in
medio superstitum & interemptorum obuiam stetit· & ruinã
mortis quasi quidam mons fortis exclusit. ¶ Eleazar dei ad.u/
torium ¶ Balach precipitãs siue deuorans ¶ Balaam vanus po/
pulus. ¶ Finees ori parcens·transfixit enim pugione zambri cũ
scorto madianitide & dñi furorẽ placauit·ut parceret ¶ Zambri
stella lacessiens vel amaricans·proprie enim nomẽ ab amaritu/
dine vocatum·q̃ peccando amaricauerit populum ¶ Ra ib lati/
tudo vel fames siue impetus ¶ Iosue interpretatur saluator·ipse
enim in figura xpi populum eius a deserto saluauit· & in terrã
repromissiõis introduxit ¶ Caleph quasi cor aut canis ¶ Otho
niel tempus eius deus·vel responsio dei eius ¶ Aioth gloriosus
¶ Barach fulgurans vel coruscatio ¶ Debbora auis vel loquax·
Auis·quia fuit ad boella ꝓmptissima dimicans aduersus sisarã
quo pempto cecinit canticũ·inde loquax ¶ Iahel ascensio ¶ Ge
deon experimentum iniquitatis eorum·frequentibus enim do/
cumentis informatus est quasi presagio contra hostes futuram

victoriam expediret· ex quo futuro experimẽto ethimologiam
nominis sumpsit. ¶ Abimelech pater meus rex ¶ Tola vermi/
culus vel coccinũ ¶ Iair illuminans ¶ Iepte apperiens vel aper/
tus ¶ Esebon cogitatio siue vinculum meroris ¶ Abdo seruus
eius ¶ Samson sol eorum vel solis fortitudo· fuit enim virtute
clarus·& liberauit israhel de hostibus eorum ¶ Dalila pauper/
cula vel sicula ¶ Booz in fortitudine siue i quo robur ¶ Noemi
quam interptari possumus consolatam· eo q; marito & liberis
peregre mortuis· nurum moabitidem in consolationem suam
tenuit. ¶ Ruth interpretatur festinans· alienigena enim erat ex
populo gentili·que relicta patria festinauit transire in terrã isra/
hel dicẽs socrui sue·quocũq; perrexeris pergam ¶ Anna gratia
eius interpretat· quia dum esset prius sterilis natura· postremo
dei gratia fecundata est ¶ Heli deus meus ¶ Ofni discalciatus·
filius eni fuit heli electus in ministeriũ sacerdocii·cuius amissi/
onem suo expressit vocabulo. Apostolus enim ait. Calciati pe/
des in preparationẽ euangelii pacis. Et propheta. Quam speciosi
pedes qui annunciant pacem. Iste ergo discalciatus interpretat·
ut eius nomine veteris testamenti sacerdotium a veteri populo
significaretur ablatũ. ¶ Finees frater ofni· os mutũ interptatur
quo significatur sacerdocii veteris & doctrine silentium. ¶ Sa/
muel nomen eius deus ¶ Gessai in sole sacrificiũ vel incensum.
¶ Saul petitio interpretatur· notum est enim quõ hebreorum
populus eum sibi regem petierit·& accepit non secundum deũ
sed secundum suam voluntatem ¶ Dauid manufortis interpre/
tatur·quia fortissimus in preliis fuit. Ipse et desiderabilis in stir
pe scilicet sua· de qua predixerat propheta. Veniet desideratus
cunctis gẽtibus ¶ Salemon tribus nominibus fuisse perhibet
Primum vocabulum eius. Salemon dicitur id est pacificus·eo
q; in regno eius pax fuerit. Secundum nomẽ idida·eo q; fuerit
dilectus & amabilis domino. Tercium vocabulum eius celeth
quod graece appellatur ecclesiastes·latine concionator·q; ad po/
pulum loqueretur ¶ Ionathas columbe donum ¶ Absolon pa
tris pax·per antifrasim·eo q; boellum aduersus patrem gessisset
siue q; in ipo boello dauid placatus fuisse legitur filio· adeo ut
etiam magno cum dolore extinctum plangeret. ¶ Roboam la
titudo populi·et ipsum per antifrasim·q; decem tribus ab eo se/
paratis due tantum ei relicte sunt. ¶ Abia pater dominus ve/

pater fuit ¶ Asa tollens siue sustollens. ¶ Iosaphat dni iudiciũ.
¶ Ioram q̃ est excelsus ¶ Ochosias apprehẽdens deũ ¶ Atha/
lia tempus domini ¶ Ioas spirãs vel domini robur ¶ Amasias
populum tollens ¶ Osias fortitudo domini. ¶ Asarias auxiliũ
domini. Osias autem ipe est qui & asarias duplici nomine. Ipe
est qui illicitum sacerdotiũ sibi vẽdicare conatus· lepra in frõte
percussus est. ¶ Ioathan est perfectus·pulcram ethimologiam
nominis habet·fecit enim rectum in conspectu domini·et portã
templi edificauit excelsam. ¶ Acha3 apprehendens. ¶ Ezechias
fortis dominus. ¶ Manasses obliuiosus·per multa enim scelera
& sacrilegia reliquerat & oblitus fuerat domini ¶ Ammon fi/
delis vel honestus. ¶ Iosias vbi est incensum domini·propria
ethimologia nominis·iste est enim qui simulachra combussit·
¶ Ioacha3 robustus ¶ Ioachim vbi est preparatio ¶ Eliachim
dei resurrectio ¶ Iechonias preparatio domini ¶ Sedechias iu/
stus domini. ¶ Iroboã iudicatio siue causa populi ut quidam
aiunt diuisio interpretatur· ꝓ eo q̃ in regno eius diuisus sit po/
pulus israhel·& precisus a regno stirpis dauid· diuisionis enim
populi causa iste extitit ¶ Zambri psalmus vel canticũ meum.
¶ Ambri crispãs meus ¶ Achab frater patris ¶ Iezabel fluxus
sanguinis vel fluens sanguinem·sed melius vbi est sterquiliniũ
precipitata enim deorsum cõmederunt carnes eius canes·sicut p̃
dixerat helias. Et erunt inquit carnes iezabel sicut stercus super
faciem terre ¶ Ochosias apprehendens deum ¶ Ieu ipe vel est.
¶ Ioatha robustus. ¶ Sella vmbra eius vel petitio. ¶ Manaen
consolans. ¶ Faceas apperiens. ¶ Nabuchodonosor prophecia
laguncule anguste siue prophetans istiusmodi signũ· ꝓ somnio
scilicet futurorum·quod vidisse narratur & daniel interp̃tatus ẽ
siue sessio in agnitione angustie·pro his qui in captiuitatẽ ab eo
ducti sunt ¶ Zorobabel apud hebreos ex tribus integris nomi/
nibus traditur esse compositum. Zo iste. Ro magister. Babel ꝓ/
prie babilonium sonat·& efficitur nomen zorobabel·iste magi/
ster de babilone·in babilone enim ortus est·vbi & princeps gẽ/
tis iudee extitit

¶ De. Patriarchis ¶ Ca·vii

Quorundam patriarcharũ ethimologie notande sunt
ut sciamus quid in suo vocabulo resonẽt. Nã pleriq̃
eorum ex causis propria nomina accẽperũt. ¶ Patri/
archa interpretatur patrum princeps·archos enim grece p̃ncepꝰ

est ¶ Abraam primũ vocatus est pater videns populum · ppter
israhelitas scilicet tantum. Postea appellatus est abraham · quod
transfertur pater multarum gentium · quod erat adhuc p fidem
futurum. Gentium autem nõ habetur in nomine sed sub audit-
tuxta illud. Erit nomen tuum abraham · quia patrem multarũ
gentium posui te ¶ Isaac ex risu nomen accepit · risit enim pater
quando ei promissus est · admirans in gaudio · risit et mater · qñ
per illos tres viros promissus est · dubitans in gaudio · ex hac er/
go causa nomen accepit isaac. Interpretatur ergo risus. ¶ Scien/
dum autem q̃ quatuor in veteri testamento absq; vllo velamĩe
nominibus suis anteq̃m nascerentur vocati sunt · ismahel · isaac ·
samson · & iosias. In nouo duo · iohannes & ihesus · lege scriptas.
¶ Iacob supplantator interpretatur · siue q̃ in ortu plantã nasce/
tis fratris apprehenderit · siue q̃ postea fratrẽ arte deceperit. Vñ
& esau dixit. Iuste vocatum est nomen eius iacob · supplantauit
enim me ecce secundo. ¶ Israhel vir videns deum · tũc enim hoc
nomen accepit · quando tota nocte luctatus vicit in certamine
angelum · & oriente lucifero benedictus est. Inde propter visio/
nem dei israhel appellatus est · sicut et ipe ait. Vidi dominum et
salua facta est anima mea ¶ Ruben interpretatur visionis filius
sic enim quando eum peperit lia vocauit nomen eius ruben di-
cens · quia vidit deus humilitatem meam ¶ Simeon interpretat̃
auditio · sic enim dixit lia quando eum peperit · quia exaudiuit
me dominus ¶ Leui additus · dixit enim lia quando peperit eũ ·
non ambiens de amore viri · nũc mecum erit vir meus · quia pe/
peri ei tres filios ¶ Iudas confessio dicitur · quando enim eũ pe/
perit lia laudem domino retulit dicens · nunc super hoc confite
bor domino · & ob id vocatus est iudas · a confessione itaq; no/
men eius est dictum · quod est gratiarum actio ¶ Issachar inter
pretatur est merces. Is quippe dicitur vir · achar merces Hoc aũt
ideo quia mandragoris filii ruben introitũ viri qui racheli debe
batur ad se emerat lia. Vnde & dum natus est dixit lia · dedit
deus mercedem meam ¶ Zabulon interpretatur habitaculum ·
sextum enim hunc filiũ genuerat lia · propterea iam secura dixit ·
Habitabit mecum vir meus. Vnde & filius eius vocatus est ha
bitaculum. ¶ Neptalim de cõuersatione siue cõparatione causa
nominis eius est. Vnde & dixit rachel cum eum peperisset an/
cilla eius bala · habitare me fecit deus habitatione cũ sorore mea

¶ Dan interpretatur iudicium·bala enim dum eum peperisset·
dixit rachel domina eius. Iudicauit me dominus· & exaudiens
dedit michi filium. Causam nomis expressit· ut ab eo quod iu/
dicasset dominus·filio ancille iudicii nomen imponeret ¶ Gad
ab euentu siue procinctu vocatus est· quando enim eũ peperit
zelfa dixit domina eius· lia infortuna·id est q̃ dicit in ꝓcinctu
vel euẽtu ¶ Aser beatus dicitur·dum enim eum peperisset zelfa
dixit lia·beata ego· & beatificant me mulieres· & ab eo q̃ beata
dicatur ex ethimologia nominis beatũ vocauit. ¶ Ioseph ab eo
q̃ sibi alium filium addi mater optauerat·vocauit augmentum
Hunc pharo sephaneth appellauit·quod hebraice absconditorũ
repertorem sonat·pro eo q̃ obscura somnia reuelauit· et sterilita
tem predixit· tamen quia hoc nomen ab egiptio ponitur·ipius
linguae debet habere rationẽ. Interpretat̃ ergo sephaneth egiptio
sermone saluator mundi· eo q̃ orbem terre ab imminẽte famis
excidio liberaret ¶ Beniamin interpretatur filius dextere·quod ẽ
virtutis·dextra enim appellatur iamin· mater quippe eius mo/
riens vocauerat nomẽ eius benoni·id est filius doloris mei. Pa/
ter hoc mutauit filium dextre nominans. ¶ Manasses dictus·
ab eo q̃ sit pater eius oblitus laborum suorum· ita enĩ hebraice
vocatur obliuio. ¶ Effraim eo q̃ auxerit eum deus· & ex hoc
vocabulo in linguam nostram transfertur augmentum

¶ De. Prophetis ¶ Ca·viii

Vos gentilitas vates appellat· hos nostri prophetas
vocant·quasi profatores·quia porro fantur·et de futu
ris vera predicunt. Qui autem a nobis ꝓphete in ve/
teri testamento videntes appellabantur· quia videbant ea quae
ceteri non videbant·& prospiciebant ea que in misterio abscon
dita erant. Hinc est quod scriptum est in samuele. Eamus ad
videntem. Hinc esaias. Vidi inquit dominum sedentem super
solium excelsum & eleuatum. Et ezechiel. Apperti sunt caeli &
vidi visiones dei. ¶ Quorundam autem prophetarum nominũ
ethimologie annotande sunt. Vocabula enim eorum satis ostẽ/
dunt quid in futuris factis dictisq̃ suis prenũciassent ¶ Helias
interpretatur dominus deus· ex futuri igitur presagio sic vocat̃·
nam dum altricaretur in sacrificio cum quadringentis sacerdo/
tibus baal·inuocato nomine domini·descendit de celo ignis su/
per holocaustum· quod cum vidisset omnis populus cecidit in

faciem suam & ait. Dominus ipse est deus. Ex hac igitur causa
tale prius nomen accepit· pro eo q̃ per eum postea cognouerit
populus dominum deum. Idem & fortis dominus interptatur
vel propter q̃ interfecerit eosdem sacerdotes·vel ꝓpter q̃ achab
aduersitatem tolerauerit ¶ Heliseus domini salus interpretatur
Vocabulum autem & idem ex futuri presagio suscepit. Deniq̃
& multas virtutes fecit·& famem pellens populum a morte sal
uauit ¶ Nathan dedit siue dantis. ¶ Esaias interpretat̃ saluator
domini· & merito·saluatorem enim vniuersarum gentiũ eiusq̃
sacramenta amplius q̃m ceteri predicat· ¶ Ieremias excelsus do/
mini·pro eo q̃ dictum est ei. Constitui te super gentes & regna
¶ Ezechiel fortitudo dei. ¶ Daniel iudicium dei· siue quia in
prespiterorum iudicio sententiã diuine examinationis exhibuit
dum reperta eorum falsitate susannam ab interitu liberauit·siue
q̃ visiones & somnia quibus per signa quedam & enigmata
futura monstrabantur·sagaci mente discernẽs apperuit. Hic &
desideriorum vir appellatus est·quia panem desiderii non mã/
ducauit·& vinum concupiscentie non bibit ¶ Osee saluator aut
saluans· dum enim iram dei in populum israhel ob crimen ido
latrie prophetasset· domui iude salutẽ pronũciauit· ꝓpter quod
ezechias rex iuda sublatis idolis que precedentes reges consecra/
uerant·templum domini purgasse ac purificasse monstrat̃ ¶ Io
hel dominus deus siue incipiẽs deo·vel fuit dei. Hoc enim eius
vocabulum resonat ethimologia incerta. ¶ Amos populus
auulsus· prophecia enim eius ad populum fuit israhel· qui iam
auulsus erat a domino·& aureis vitulis seruiebat· siue auulsus a
regno stirpis dauid. ¶ Naum germen siue consolator·increpat
enim ciuitatem sanguinum·& post euersionem illius consolat̃
sion dicens. Ecce super montes pedes euangelisantis & annũci/
antis pacem ¶ Abacuc amplexãs·qui vel ex eo q̃ amabilis do/
mini fuit vocatur amplexatio· vel q̃ in certamen cum deo con/
greditur amplexantis id est luctantis sortitus est nomẽ· nullus
enim tam audaci voce ausus est deum ad disceptationẽ iusticie
prouocare· cur in rebus humanis & mundi istius tanta rerum
versaretur iniquitas ¶ Micheas quis hic·vel quis iste. Commi/
natur samarie ob causam simulacrorꝫ illo modo· de quo helui
dicitur·quis est iste inuoluens sententiam ¶ Sophonias specu/
lum vel archanum domini interpretatur·vtrũq̃ ad prophetam

conuenit. Ipse enim sciuit misteria dei. Vnde & ad ezechielem
dicitur. Speculatorē te posui domui israhel. Et alibi. Non faciet
dominus quicq̃m nisi reuelauerit seruis suis prophetis. ¶ Ab/
dias seruus domini·sicut enim moises famulus domini·& apo
stolus seruus xp̃i·ita iste legatus ad gentes missus videt & pre/
dicat q̃ ꝓphetali digna sunt ministerio & seruitutī· inde seruus
domini. ¶ Ionas interpretatur columba siue dolens. Columba
pro gemitu· quando in ventre ceti triduo fuit. Dolens autē vel
propter tristiciam quam habuit de salute niniuitarum·vel prop
ter hederam subito arescentem·cuius vmbraculo tegebat̃ contra
solis ardorem. Ip̃e est & amathi sareptene vidue filius· ut iudei
affirmant·quem resuscitauit helias·matre postea ad eum dicēte
nunc cognoui quō vir dei es tu· & verbum domini in ore tuo
verum est· & ob hanc causam ip̃m puerum amathi vocatum.
Amathi enim ex hebreo in latinam linguam veritas dicitur·&
ex eo q̃ verū helias locutus est· ille qui suscitatus est filius nū/
cupatus est veritatis ¶ Zacharias memoria domini· septuagesi
mo enim anno desolationis templi completo·zacharia p̃dicante
memoratus ē dominus populi sui· iussuq; darii reuersus est dei
populus·& reedificata ē vrbs & templum. ¶ Aggeus in latinū
festiuus & letus resonat· destructū enim templum edificādum
prophetat·& post luctum captiuitatis regressionis leticiā predi
cat. ¶ Malachias interpretatur angelus domini id est nuncius·
quicquid enim loquebatur·quasi a domino essent mandata ita
credebantur·& inde ita nomen eius·lxx·transtulerunt·dicentes
Assumptio verbi dn̄i sup̃ israhel in manu angeli eius ¶ Esdras
adiutor. ¶ Neemias consolator a domio·quodam eni presagio
futuri nomina ista sortiti sunt· fuerunt enim in adiutorium &
consolationem omni illi populo redeunti ad patriam. Nam &
templum domini idem reedificauerunt· & murorum ac turriū
opus ip̃i restaurauerunt ¶ Ananias gratia dei interpretat̃·idem
& sidrach lingua chaldea·quod interp̃tat̃ decorus meus ¶ Aza/
rias auxilium domini·idem & abdenago·quod in latinū vertit̃
seruiens taceo. ¶ Misahel qui populus domini. Ip̃e & misach·
quod interpretatur risus vel gaudiū ¶ Azias frater meus ¶ Ne/
meia audiens dominum ¶ Asaph congregans. ¶ Ethan robu/
stus siue ascensus ¶ Idithun transiliens eos·siue sali ēs eos·quos
dam eni inherentes humo curuatos in terrā et ea q̃ in imo sunt

cogitantes et in rebus transeuntibus spem ponentes transsiliuit
canendo iste qui vocatur transsiliens ¶ Eman accipiens vel for
mido eorum ¶ Ethan robustus ¶ Barachia benedictus domi
vel benedictus dominus. ¶ Olda districtio siue diuerticulum.
¶ Iudith laudans vel confitens ¶ Hester absconsa ¶ Zacharias
memor domini·ob hoc q̃a canit mēoriale testamenti sui sancti
¶ Iohannes baptista domini gratia·eo q̃ sit limes prophecie·p/
nūcius gratie siue initiū baptismatis·quod gratia ministratur.
Hi sunt prophete veteris nouiq̃ testamenti· quorum finis xp̃s.
cui dicitur a patre. Et prophetam in gētibus posui te ¶ Prophe/
cie autem genera sunt septem. ¶ Primum genus extasis· quod
est mentis excessus· sicut vidit petrus vas illud summissum de
caelo in stupore mentis cum variis animalibus. ¶ Secundum
genus visio sicut apud esaiam dicētem. Vidi dominū sedentem
super solium excelsum ¶ Tercium genus somnium·sicut iacob
subnixam in caelo scalam dormiens vidit. ¶ Quartum genus
per nubem·sicut ad moisen & ad iob post plagam loquit deus
¶ Quintum genus vox de caelo·sicut ad abraham sonuit dicēs
Ne inicias manum tuam super puerum·et apud saulum in via
Saule saule quid me persequeris? ¶ Sextum genus accepta pa/
rabola·sicut apud salemonem in prouerbiis· & apud balam·cū
euocaretur ab balach. ¶ Septimū genus repletio spiritus sancti
sicut pene apud omnes prophetas. ¶ Alia tria genera visionū
dixerunt esse. ¶ Vnum secundum oculos corporis·sicut vidit
abraham tres viros sub ilice mambre·& moises ignem in rubo·
& discipuli transfiguratum dominum in monte inter moisen
& heliam·& cetera huiusmodi ¶ Alterum secundum spiritum
quo imaginamur ea q̃ per corpus sentimus·sicut vidit petrus
discum illum summitti de caelo cum variis animalibus·et sicut
esaias deum in sede altissima non corporaliter sed spialiter vidit
Non enim deum forma corporea circūterminat· sed quēadmo/
dum figuraliter non proprie multa dicuntur·ita etiam figurate
& multa monstrantur. ¶ Tercium autem genus visionis est·
quod neq̃ corporeis sensibus neq̃ vlla parte anime qua corpo/
ralium rerum imagines capiuntur·sed per intuitum mētis quo
intellecta conspicitur veritas·sicut daniel preditus mente vidit·
quod balthasar viderat corpore. Sine quo genere illa duo vel
infructuosa sunt·vel etiam in errorem mittunt. Omnia tamen

haec genera spiritus sanctus moderatur. Habere autē ꝓpheciā
non solum bonus·sed etiā malus potest. Nam inuenimus sau/
lem regem prophetasse· persequebat̄ sanctū dauid & impletus
spiritu domini prophetare coepit ¶ De. Apostolis ¶ Ca·ix

Apostoli missi interpretantur· hoc enim eorum nomē
indicat. Nam sicut grece angeli latine nuncii vocant̄·
ita graece apostoli latine missi appellantur. Ipsos eni
misit xp̄s euangelisare per vniuersum mundum· ita ut quidam
persas indosq; penetrarent·docentes gentes & facientes in nomi
ne xp̄i magna & incredibilia signa vel miracula·ut attestātibus
signis & prodigiis crederetur illis in his que dicebāt & viderāt
Habent enim pleriq; eorum ex his causas suorum vocabulorū
¶ Petrus a petra nomen accepit·hoc est a xp̄o·super quem fun
data ē ecclesia. Non enim a petro petra·sed petrus a petra nomē
sortitus est·sicut non xp̄s a xp̄iano· sed xp̄ianus a xp̄o vocatur·
ideoq; ait dominus. Tu es petrus· & super hanc petrā edificabo
ecclesiam meā· quia dixerat petrus. Tu es xp̄s filius dei viui·de/
inde ei dominus. Super hanc petram quam confessus es edifica
bo ecclesiam meam. Petra enim erat xp̄s·super quod fundamē/
tum etiam ip̄e edificatus est petrus ¶ Cephas dictus·eo q; in ca
pite sit constitutus apostolorum. Cephalin enim graece caput
dicitur·& ip̄m nomen in petro sirum est. ¶ Simon bariona in
linguam nostrā sonat filius columbe·et nomen est sirū pariter
& hebreū. Bar quippe sira lingua filius·iona hebraice columba
Vtroq; sermone dicitur bariona. Alii simpliciter accipiunt q;
simon id est petrus filius sit iohannis· iuxta illam interrogatio/
nem. Simon iohannis diligis me· & volunt scriptorum vicio
deprauatū·ut bario hanna·hoc est filius iohannis·bariona scrip
tum sit vna detracta sillaba. Iohanna autem interpretat̄ domini
gratia. Et fuisse constat petrum trinomium·petrum·cepham et
simon bariona. Simon aūt hebraice interpretat̄ obediens ¶ Sau
lus hebraico sermōe temptatio dictus·eo q; prius in tēptatione
ecclesie sit versatus·persecutor eni erat·inde nomē habebat istud
quando persequebatur xp̄ianos·postea mutato nomie de saulo
factus est. Paulus·quod interpretat̄ mirabilis siue electus. Mira
bilis·quia multa signa fecit. Vel quia ab oriēte vsq; ad occasum
euangelium xp̄i in omnibus gentibus predicauit. Electus·sicut
in actibus apostolorū spiritus sanctus dicit. Segregate michi

Barnaban &. Paulum ad opus ad quod elegi eos. Latino autē
sermone paulus a modico dictus. Vnde & ipe ait. Ego sum mi
nimus apostolorum omnium. Quando enim saulus superbus
elatus. Quando paulus humilis· modicus. Ideo sic loquimur.
Paulopost videbo te· id est post modicū. Nam quia modicus
factus est ipe dicit. Ego sum minimus omnium apostolorū &
Michi minimo omnium sanctorum ¶ Cephas autem & sau/
lus ideo mutato nomine sunt vocati· ut essent etiam ipo nomie
nouī· sicut abraham & sara ¶ Andreas frater petri carne· & co/
heres gratia· secundum hebream ethimologiam interpretat de/
corus siue respondens. Sermone autem graeco a viro virilis ap
pellatur. ¶ Iohanes quodam vaticinio ex merito no mē accepit
interpretat enī in quo ē grā· vel dnī grā· āplius enim eū ceteris
apostolis dilexit ihesus. ¶ Iacobus zebedei a patre cognominat·
quem relinquens cum iohanne· verum patrem secuti sunt. Hi
sunt filii tonitrui· qui etiam boanerges ex firmitate & magnitu
dine fidei nominati sunt. Hic est iacobus zebedei filius frater io/
hannis· qui post ascensionem domini ab herode manifestatur
occisus ¶ Iacobus alphei ob distinctionem prioris cognoiatus
qui dicitur filius zebedei· sicut iste filius alphei. Cognomētum
igitur ambo a patre sumpserunt. Iste est iacobus minor· qui in
euangelio frater domini vocatur· quia maria vxor alphei soror
fuit matris domini· quam mariam cleope iohannes euāgelista
cognominat a patre· siue a gentilitate familie· aut quacūq; alia
causa ei nomen imponens. Alpheus autem hebreo sermone in
latinū exprimitur millesimus siue doctus ¶ Philippus os lam·
pada vel os manuum ¶ Thomas abissus vel geminus. Vnde
& graece didimus appellatur ¶ Bartholomeus filius suspēden
tis aquas· vel filius suspendentis me· sirū est non hebreū ¶ Ma
theus in hebreo donatus exprimitur. Idem et appellatus leui· ex
tribu a qua ortus fuit. In latino autem ex opere publicani no/
men accepit· quia ex publicanis fuit electus· & in apostolatum
translatus ¶ Simon chananeus ad distinctionem simonis pe/
tri de vico galilee chana vbi aquas dominus mutauit in vinū·
Ipe est qui in euangelio alio scribitur zelotes. Chana quippe ze/
lus interpretatur ¶ Iudas iacobi qui alibi appellatur lebbeus· fi/
guratum nomē habet a corde· quod nos diminutiue corculum
possumus appellare. Ipe in alio euangelista tatheus scribit· quē

ecclesiastica tradit historia missum edissam ad abagarū regem.
¶ Iudas scariothis vel a vico in quo ortus ē·vel ex tribu isachar vocabulum sumpsit·quodam presagio futuri in condempnati/onem sui. Isachar enim interpretatur merces·ut significarēt pre/cium proditoris quo vendidit dominum·sicut scriptum est. Et appenderunt mercedem meam· xxx· argenteos precium quod appreciatus sum ab eis ¶ Mathias qui inter apostolos sine cognomine solus habetur interpretatur donatus· ut subaudiat̄ pro iuda·ipse enim in locum eius electus est ab apostolis cū ꝓ duo/bus sors mitteretur. ¶ Marcus excelsus mandato·vtiq; propter euangelium altissimi quod predicauit. ¶ Lucas ipse consurgens· siue eleuans·eo q̄ eleuauerit per predicationem euangeliū post alios ¶ Barnabas filius prophete·vel filius consolationis.

¶ De. Reliquis in euangelio nominibus. ¶ Ca·x

Maria illuminatrix·siue stella maris· genuit enim lu/men mundi. Sermone autem siro maria domina nū cupatur·& pulcre·quia dominū genuit ¶ Elisabeth dei mei saturitas·vel· domini mei iuramentum. ¶ Magdalena turris. ¶ Martha irritans vel prouocans. Sermone autem siro interpretatur dominans. ¶ Nathanael donum dei·quia dolus vel simulatio dono dei in eo non fuit ¶ Zebedeus donatus siue fluens iste ¶ Zacheus iustus siue iustificatus siue iustificādus· sirū est nomen non hebreū ¶ Lazarus adiutus·eo q̄ sit a morte resuscitatus ¶ Herodes pelliceus·gloriosus ¶ Caiphas inuesti/gator·aut sagax·aut vomens ore· iniquo enim ore suo iustū cō/demnauit·q̄muis hoc misterio prophetali annunciasset ¶ Pon/cius declinans concilium vtiq; iudeorū·accepta enim aqua lauit manus suas dicens. Innocens ego sum a sanguine huius iusti. ¶ Pilatus os malleatoris·quia dum xp̄m ore suo & iustificat & condemnat·more malleatoris vtraq; ferit. ¶ Barrabas filius magistri eorū· absq; dubio iudeorū magistri· qui est diabolus homicidiorum auctor·qui vsq; hodie regnat in eis

¶ De. Martiribus ¶ Ca·xi

Martires graeca lingua latine testes dicuntur. Vnde et testimonia graece martiria nuncupantur. Testes aūt ideo vocati sunt· quia propter testimonium xp̄i passi ones sustinuerunt· & vsq; ad mortem pro veritate certauerunt. Q̄ vero nos non testes quod latine vtiq; possumus sed graece

martires appellamus·familiarius ecclesie auribus hoc graecum sonat verbum· sicut & multa graeca nomina que ꝓ latinis vti/mur ¶ Martirum primus in nouo testamento. Stephanus fuit qui hebreo sermone interpretatur norma·q̃ prior fuerit in martirio ad imitationem fidelium. Idem autem ex graeco sermone in latinum vertitur coronatus· & hoc prophetice·ut quod seq/ret̃ in re·vaticinio quodam futuri prius in vocabulo resonaret· passus est enim·et quod vocabatur accepit. Stephanus enim corona dicit̃ humiliter lapidatus·sed sublimiter coronatus ¶ Duo autem sunt martirii genera. Vnum in apperta passione. Alterũ in occulta animi virtute. Nam multi hostis insidias tolerantes· & cunctis carnalibus desideriis resistentes· per hoc q̃ se omni/potenti deo in corde mactauerunt etiã pacis tempore· martires facti sunt· qui etiam si persecutionis tempus existeret martires esse potuerunt

¶ De. Clericis ¶ Ca·xii

Clerus et clericus hinc appellantur·quia mathias sorte electus est·quem primum per apostolos legimus esse ordinatum. Cleros enim graece sors vel hereditas latine dicit̃. Propterea ergo dicti sunt clerici·quia de sorte sunt domini. Vel quia domini partem habẽt. Generaliter autem cle/rici nuncupantur omnes qui in ecclesia xp̃i deseruiunt· quorũ gradus & nomina haec sunt hostiarius·psalmista·lector·exorcista·acolitus·subdiaconus·diaconus·presbiter·eps̃. ¶ Ordo epo/quadriptitus est·id est in patriarchis·archiep̃is·metropolitanis·atq̃ eps̃is ¶ Patriarcha greca lingua summus patrũ interpretat̃· quia primum id est apostolicum retinet locum. Et ideo· quia summo honore fungitur·tali nomine censetur·sicut. Romanus. Antiocenus·&. Alexandrinus. ¶ Archiepiscopus greco voca/bulo q̃ sit summus eporum·tenet enim vicem apostolicam· & presidet tam metropolitanis q̃m eps̃is ceteris. ¶ Metropolitani autem a mensura ciuitatum vocãtur· singulis enim prouinciis preeminent· quorum auctoritati & doctrine & potestati ceteri sacerdotes subiecti sunt· sine quibus nichil reliquos episcopos agere licet. Sollicitudo enim tocius prouincie ip̃is commissa est Omnes autem superius designati ordines vno eodemq̃ vocati episcopi nominantur·sed ideo priuato nomine quidam vtũtur propter distinctionem potestatum·quã singulariter acceperũt. Patriarcha patrum princeps·archon enim princeps. Archiep̃us

princeps episcoporũ· sicut metropolitanus a mensura ciuitatũ.
¶ Episcopatus autem vocabulum inde dictum·q; ille q; super
efficitur superintendat·curam scilicet gerens subditorũ. Scopin
enim latine intendere dicitur. Episcopi autem graece latine spe/
culatores interpretantur. Nã speculator est prepositus in ecclesia
dictus·eo q; speculetur atq; perspiciat populorum infra se posi/
torum mores & vitã. ¶ Pontifex princeps sacerdotũ est·quasi
via sequentium. Ipse & summus sacerdos·ipse & pontifex maxi/
mus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atq; leuitas·ipse om
nes ordines ecclesiasticos disponit·ipse quid vnusquisq; facere de
beat ostendit. Antea autẽ pontifices reges erant. Nam maiorũ
haec erat consuetudo ut rex esset etiã sacerdos & põtifex. Vnde
et romani imperatores pontifices dicebantur ¶ Vates a vi mẽtis
appellatus·cuius significatio multiplex est. Nã modo sacerdotẽ
modo ꝓphetam significat·modo poetam. ¶ Antistes sacerdos
dictus· ab eo q; ante stat. Primus ẽ enim in ordine ecclesie· et sup
se nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compositum
ex graeco & latino·quasi sacrum dans. Sicut enim rex a regẽdo
ita sacerdos a sanctificãdo vocatus est·consecrat enim & sancti/
ficat ¶ Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. Hi in
capite habebãt pilleum·in quo erat breuis virga· desuper habẽs
lane aliquid·quod cum pro estu ferre non possent· filo tantum
capita religare coeperunt. Nam nudis eos penitus capitibus in/
cedere nefas erat. Vnde & a filo quo vtebantur flamines dicti
sunt· quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pilleũ
imponebant pro sacerdocii eminentia ¶ Presbiter graece latine
senior interpretatur·nõ pro etate vel decrepita senectute· sed ꝓpter
honorem et dignitatem·quam acceperunt presbiteri nominantur
Vnde & apud veteres idem epi & presbiteri fuerunt·quia illud
nomen dignitatis est· hoc etatis. Ideo autem & presbiteri sacer/
dotes vocantur·quia sacrum dant sicut epi·qui licet sint sacerdo
tes· tamen pontificatus apicem non habent· quia nec crismate
frontem signant·nec paraclitum spiritũ dant· quod solis debere
epis lectio actuum apostolorum demonstrat ¶ Leuite ex noie
auctoris vocati De leui enim leuite exorti sunt·a quibus in tem
plo dei mistici sacramenti misteria explebebantur. Hi grece dia
coni·latine ministri dicũtur·quia sicut in sacerdote consecratio·
ita in diacone ministerii dispensatio habetur. ¶ Vpodiacones

graece quos nos subdiaconos dicimus·qui ideo sic appellantur
quia subiacent preceptis & officiis leuitarum·oblationes enim
in templo dei a fidelibus ipi suscipiunt· & leuitis superponēdas
altaribus deferunt. Hi apud hebreos natinnei vocātur ¶ Lectores
a legendo ¶ Psalmiste a psalmis canendis vocati. Illi enim p̄
dicant populis quid sequantur. Isti canunt· ut excitent ad com/
punctionem animos audientium. Licet & quidam lectores ita
miseranter pronūcient·ut quosdam ad luctum lamentationēq;
compellant. Idem etiam & pronunciatores vocantur· q; porro
annuncient· tanta enim & tam clara est vox eorum· ut q̄muis
longe positorū aures adimpleant. ¶ Cantor autem vocatus qa
voce modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte
musica·sicut ea docti homines latine dicere potuerunt precētor·
& succentor ¶ Precentor scilicet qui vocem premittit in cantu.
¶ Succentor qui subsequēter canendo respondet ¶ Concentor
autem dicitur quia consonat·quia autem non consonat nec con
cinit·nec cātor nec concētor erit ¶ Acoliti grece latine cerosferarii
dicuntur·a deportandis cereis·quādo euangelium legendum ē·
aut sacrificium offerendum· tunc enim accenduntur lumina
ab eis & deportant·non ad effugādas tenebras· dum sol eodem
tempore rutilet·sed ad signum leticiae demonstrandum· ut sub
tipo luminis corporalis illa lux ostendatur de qua in euāgelio
legitur. Erat lux vera que illuminat omnem hominē venientem
in hunc mundum. ¶ Exorciste ex graeco in latinum adiurātes
siue increpantes vocantur· inuocant enim super cathecuminos
vel super eos qui habent spiritum immundum nomen domini
ihesu xp̄i·adiurantes per eum ut egrediatur ab eis. ¶ Hostiarii
idem et ianitores q in esdra custodes tēpli dicunt̄ seruoz salemo
nis filii qui in veteri testamento electi sunt· ad custodiā templi·
ut nō ingrederetur immundus in omni re. Dicti autē hostiarii
q; presint hostiis templi· ipi enim tenentes claues·omnia intus
extraq; custodiunt·atq; inter bonos & malos habentes iudiciū
fideles recipiūt·respuūt infideles ¶ De. Monachis ¶ Ca·xiii

Monachus greca ethimologia vocatus·eo q; sit singu
laris·monas enim graece singularitas dicitur· ergo si
solitarius interpretat̄ vocabulum monachi· q d facit
in turba qui solus est ¶ Plura autem sunt genera monachorū·
¶ Cenobite quos nos in cōmune viuētes possumus appellare.

Cenobium enim plurimorum est. ¶ Anachorete sunt q post cenobialem vitam deserta petunt· & soli habitat per deserta nomine patrum·& rursus latine· & ab eo q; ꝓcul ab hominibus recesserunt tali nomine nuncupatur. Sed anachorete heliam & Iohannem·cenobite apostolos imitantur ¶ Heremite sunt hi q & anachorete· ab hominũ conspectu remoti·heremũ & desertas solitudines appetetes. Nam heremum dicitur quasi remotũ ¶ Abba autem sirum nomen significat in latinum pater·quod paulus romanis scribẽs·exposuit dicẽs. In quo clamamus abba pater·in vno nomine duobus vsus linguis. Dicitur enim abba siro nomine pater·& rursus latine nominatur idem pater

¶ De. Ceteris fidelium nominibus ¶ Ca·xiii

Xianus quantum interpretatio ostendit de vnctione dicitur·siue de nomine auctoris & creatoris. A xpo enim xpiani sunt cognominati·sicut a iuda iudei. De magistri quippe nomine cognomen sectatoribus datum est. Xpiani autem olim a iudeis quasi ob ob,pbrium nazareni vocabantur·pro eo q; dominus noster atq; saluator a vico quodã galilee nazarenus sit appellatus. Non se autem glorietur xpianum qui nomen habet & facta non habet. Vbi autẽ nomen secutũ fuerit opus·certissime ille est xpianus·qa se factis ostendit xpianum·ambulans sicut & ille ambulauit·a quo & nomẽ traxit. ¶ Catholicus vniuersalis siue generalis interpretatur. Nã graeci vniuersale catholicon vocant. ¶ Ortbodoxus est recte credens· & ut credit recte viuens. Ortho enim graece recte dicitur· doxo glorie·hoc est vir recte glorie· quo nomine nõ potest vocari q aliter viuit q̃m credit ¶ Neophitus graece latine nouellus & rudis fidelis·vel nuper renatus interpretari potest ¶ Cathecuminus dictus· pro eo q; adhuc doctrinã fidei audit· necdum tamẽ baptismum percepit. Nam cathecuminus grece auditor dicitur. ¶ Competens vocatur· quia post instructionem fidei cõpetit gratiam xpi·inde & a petendo competentes vocati ¶ Laicus popularis. Laos enim graece populus dicitur. ¶ Proselitus id est aduena & circumcisus·qui miscebatur populo dei·graecum est

Finit liber. Septimus